



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Patroclus Conf. 19. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

19. Nov. VITÆ SANCTORUM. 723
velum indueret inter virgines. Abbas
Gigniacensis, mox Cluniacensis miran-
da & fecit & passus est, dum collapsam
monasteriorum disciplinam erexit. Ad
extremum ager Roma: impetravit, ut re-
dire in patriam liceret. Ibi denique vi-
tam posuit ubi accepit, ad D. Martini
tumulum. Ex Surio.

Vis scire, homo, quid Deo debcas?
quid factus es, Dei creditum est; quid
is rationis capax, Dei scimus est; quid
discretionem mali bonive possides, accepi-
si; & quid vivendi normam acceperis,
per chirographum legis stipulanti Deo spe-
pondisti. S. Pet. Chrys. f. 94.

S. PATROCLUS CONF.

19. Novembris.

Genus & origo PATROCLIO humi-
lis fuit, sed indoles nō generosa,
qua rūm se prodidit, cūm rus ad oves
est ablegata, fratre Antonio ad Iudūm
literarium amandato. Etenim cūm hic
oblitus eodem ovo se prognatum, fra-
trem opilionem aversaretur Musarum
pullus, tam ille succensuit silvis, tū reli-
cto in his pane ad Apollinis castra etiam
ipse transfugerit, nec multò pōst ostend-
erit, non ingenio, non studio se
fratri, solo fastu cedere. Ita hodie
etiam videoas convitiis (veluri ventis in-
cendia) non extingui, sed ali artes.

Z.z. 2

Cate-

724 VITÆ SANCTORUM. 19. Nov.
Caterum ab Apolline transit ad sacra,
ab his ad solitarium locum: & operam in
erudiendâ juventute posuit, fuitque om-
ne Minerval una D' E I gloria. Inde quo-
que, ubi solum esse non permiserunt
prodigia, in silvas aufugit, cùm loci ac
facelli heredes sacras virgines instituisset.
Sed & silvæ miraculis coruscarunt viri,
& dæmon pulsus ex hominibus passim
per urbes famam P A T R O C L I ferebat.
Pulsurus tamen vicissim statione suâ ho-
stem veterator, cogitationem de reditu
ad urbes ingessit. Hic Tutelaris Ange-
lus concendere secum columnam juli-
sit, indeque totam mundi tragœdiam,
hoc est, furta, rapinas adulteria, ac de-
nique horum omnium epilogum interi-
tum jussit spectare. Dedit lacrymas ar-
biter ludi P A T R O C L U S, nec placuit
jam spectare, minus agere fabulam tam
funestam; quin totus mundo ut exiret,
ad cælum abiit. A morte pluribus cæcis
oculos aperuit: utinam nobis etiam, quo
nempe mundum iis, quibus ille, oculis
aspiceremus! Ex Surio.

Oprævaricatores revertimini ad cor, in-
telligate non intelligentes, quia omnes mun-
di promissiones seductorie sunt, omnes
blanditiæ venena, cunctæ delectationes præ-
cula mortalità, viæque illius sempiterna
mors. S. Laur. Iustin. Lign. vit. de
Fide. c. I.

S. ELI-